mini speravi tu exaudies me dñe  
deus meus. **Q**uia dixi nequādo  
supergaudeant michi inimici mei  
et dum commouentur pedes mei su-  
per me magna locuti sunt. **E**h  
ego in flagella paratus sū et dolor  
meus in conspectu meo semper.

**Q**ui iniquitatem meam annuncia-  
bo et cogitabo pro peccato meo. **E**h  
inimici autē mei viuunt et confirmati  
sunt super me et multiplicati sūt  
qui oderunt me inique. **Q**ui re-  
tribuunt mala pro bonis detrahe-

lant michi qm sequer bar bonitate.

**N**e derelinquas me dñe dñs meus  
ne discesseris a me. **E**t intende in ad  
intorni meū domine deus saluas

**A** mee. **G**loria patri **ps.**

**A**fflicte mei deus secundū  
magnam misericordiam tuam. **E**t secundū

dum multitudinē miserationū  
tuarū dele iniquitatē meā. **E**m

plus lava me ab iniquitate mea  
et a peccato meo munda me. **E**m in i

nitatem meā ego cognosco et pec  
catum meū contra me est semper

**T**ibi soli peccavi et malū coram  
te feci ne iustificeris in sermonibz

tuis et vincas cū iudicaris. **E**cce

cū in iniquitatibus conceptus  
sum et in peccatis concepit me mater

mea. **E**cce cū veritatē dilexisti  
inerta et occulta sapientie tue

manifestasti michi. **S**perges  
me dñe yssopo et mundabor lava

103  
bis me et super misericordiam de alba  
ditum meo dabis gaudium et leticia  
et exultabit ossa humiliata. **F**uerit  
te facie tua a peccatis meis et omnis ini-  
quitas mea deleatur. **D**ominus in-  
canta me deus et spiritum rectum in nona  
in visceribus meis. **R**eprimas  
miserationem tuam et spiritum sanctum tuum  
ne auferas a me. **Q**uod enim leti-  
ciam salutaris tui et spiritum principa-  
li confirma me. **D**ocebo iniquos  
vias tuas et impii ad te convertentur.  
**L**ibera me de sanguinibus deus de-  
salutis mee et exultabit ligna mea  
iusticia tua. **D**omine labia mea  
aperies et os meum annuntiabit lau-  
dem tuam. **S**i enim voluisses sacrificia  
immo dedissem vagis holocaustis non  
delectaberis. **S**acrificium deo spiritus  
contribulatus cor contritum et hu-  
miliatum deus non despicies. **M**isere-  
re mihi domine in bona voluntate

tua syon ut edificentur muri iherusalem.

**N**unc acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta tunc imponent super altare tuum vitulos

**G**loria patri. **S**icut erat. **Ps.**

**D**omine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. **N**on auertas faciem tuam a me

iniqua cumque die tribulorum inclina ad me aurium tuum. **I**niqua cumque die iuocauero te velociter exaudi me.

**Q**uia defecerunt sicut fumus dies mei et ossa mea sicut cinis aruerunt. **S**icut cinis sum ut femur et

aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meum. **H**icce gemitus mei adhecit os meum carni mee.

**S**icut columba factus sum solitarius et factus sum sicut uictor corax in domicilio. **V**igilans et factus sum

sicut passer solitarius in tecto. **F**rota die exprobrabant michi nimia

ma et qui laudabant me aduersu  
me inuocabant. **Q**uia concitatus  
pauca manducabam et potum meum  
cum fletu miscebam. **F**aciat ut in  
dignationis tue quia eluans al  
hasti me. **D**ies mei sicut umbra  
dedinauerunt et ego sicut femina  
arua. **Q**uanti domine in eternum  
permanes in memoriale tuum in ge  
neratione et generatione. **Q**ui ex  
urgens dicit miserere sion quia  
tempus miserendi eius quia ve  
nit tempus. **Q**ui placuerunt  
sanis tuis lapides eius et tunc  
misererunt tui. **E**t timebunt gen  
tes nomen tuum domine et omnes re  
ges terre gloriam tuam. **Q**uia edifi  
cauit dominus sion et iudicabitur  
in gloria sua. **R**espexit in orati  
onem humilium et non spernit pre  
cem eorum. **S**tabilantur hec in ge  
neratione altera et populus qui ara

bitur laudabit dominum. **Q**uia  
prospexit de excelso scō suo dñs de  
celo in terrā aspexit. **E**t audiret  
gemitus compeditorū ut solueret  
filios in terentoy. **E**t annun-  
tiant in syon nōmen dñi et laudē  
eius in iherusalem. **E**n conue-  
niendo populos in vniū i reges ut  
seruiant domino. **R**espondita  
in via virtutis sue paucitate die-  
rum meorū in uicia michi. **E**t  
renoces me in dimidio dieum meo-  
rum in generatione i generatio-  
nem amū tuū. **I**ncio tu dñe  
terrā fundasti et opera manūū  
tuarū sunt celi. **S**apli peribunt  
tu autē permanēs i omīs sicut vel-  
timentū ueterāscunt. **E**t sicut o-  
portorū mutabis eos et mutabū-  
tur tu autē idē uēs i amū tuū  
non deficiēt. **F**ilij senoy tuoy  
habitabunt et semen eorū in scai-



lum dirigatur. **G**loria pñ. ps.

**D**e profundis clamavi ad  
te domine dñe exaudi vocem  
meam. **F**iant aures tue inten-  
dentes in uocē deprecationis mee.

**E**t iniquitates obseruauis  
domine dñe q̄s sustinebit. **Q**uia  
apud te propitiatio est propter  
legem tuā sustinui te dñe.

**E**t  
tinnuit anima mea in uerbo eius  
speraui aīa mea in dño. **A**u-  
todia matutina usq; ad noctem  
speret israel in domino.

**Q**uia a-  
pud dñm mīa et copiosa apud eū  
redemptio. **E**t ipse redimet israel  
ex oībus iniquitatib; eius. **G**la-

**D**omine exaudi orationē  
meā auiibus percipe ob-  
secrationem meā in ueritate tua  
exaudi me in tua iusticia. **E**t  
non intres in iudiciū cum seruo  
tuo quia non iustificabitur m-

conspetu tuo omnis vniuersus. **Q**uia  
persecutus est inimicus anima mea  
humiliavit in terra vitam meam.

**R**elocauit me in obscuris sicut  
mortuos seculi et anxietus est super  
me spiritus meus in me turbatum est cor  
meum.

**M**emor fui dierum antiquorum  
meditatus sum in omnibus operibus  
tuis in factis manuum tuarum medi-  
tabar. **E**xpandi manus meas  
ad te anima mea sicut terra sine  
aqua tibi.

**V**elociter exaudi me  
domine defeat spiritus meus. **N**on  
auertas faciem tuam a me et similis  
ero descendens in lacum.

**A**u-  
ditam fac michi misericordiam tu-  
am quia in te speravi. **M**otam  
fac michi viam in qua ambulem  
quia ad te lauiam animam meam.

**A**ripe me de inimicis meis domine  
ad te confugi dote me facere volun-  
tatem tuam quia deus meus es tu.

**S**piritus tuus bonus deducet me  
in terram rectam propter nomen tuum  
domine uiuificabis me iniquitate mea.

**Q**uoniam de tribulatione animam  
meam et in misericordia tua disperdes omnes  
inimicos meos. **E**t perdes omnes  
qui tribulant animam meam quoniam  
ego seruus tuus sum. **G**loria pu-

**I**n apuit quindecim psalmi.

**D**ominum cum tribularetur ps

**E**nam oculos meos. ut sup. ps.

**E**tatus sum in his. ut sup. ps.

**N**on te leuauit oculos. ut sup. ps.

**N**isi quia dominus erat. ut sup. ps.

**Q**ui confidunt in domino. ut s. ps.

**N**on conuertendo dominus. ut s. ps.

**N**isi dominus edificauerit. ut s. ps.

**E**cati omnes qui timeant. ut s. ps.

**E**x expugnauerunt. ut s. ps.

**E**x profundis clamant. ut s. ps.

**Q**uoniam dominus non est exultans. ps.

**M**emento domine dauid et

omnis mansuetudinis eius. **S**i  
aut iuravit dño votum vouit deo  
iacob. **S**i introiero in taberna  
culū dñus mecum ascendero i lec  
tum strati mei. **S**i dederō sumptu  
m in oculis meis i palpebris meis  
dormitatione. **E**t requie tempo  
ribus meis donec inueniā locū dño  
tabernaculū deo iacob. **A**cc au  
diminus cū in effrātā iuuenimus  
eum in campis silue. **I**ntroibi  
mus in tabernaculū eius adora  
bimus in loco ubi steterunt pedes  
eius. **S**urge dñe in requie tuam  
tu et archa sanctificationis tue.  
**S**acerdotes tui indignatur multi  
tatem et scī tui exultent. **P**ropter  
dauid seruū tuū non auertās faci  
em xpī tui. **S**i iurauit dñs dauid  
veritatem et non frustrabitur eū de  
fructu ventris tui ponā super sedem  
tuam. **S**i custodierint filij tui tel

tamentū meū et testimonia mea  
hec que docebo eos. **E**t filij commu-  
nisq; in scdm sedebunt sup sedē tuā.

**Q**uā elegit dñs syon elegit eam  
in habitationē sibi. **S**ic itaq; mes-  
sica in seculū et in scdm scdm hic  
habitabo qm̄ elegi eam. **T**uā  
eius benedicens benedicta pauperis  
eius saturabo pauperis. **S**acer-  
dotes eius induam salutari i scdm  
eius exultatione exultabunt.

**I**lluc producā cornu dauid pa-  
ram lucernā xpi meo. **Q**uā  
cos eius induam consulatione su-  
per ipsū autē efflorescit sanctifica-

**E**go mea. **G**loria p̄i ps.

**E**cce quā bonū et quā iō-  
randū habitare fratres in vnum.

**S**icut ungentū in capite quod  
descendit in barbam barbā aaron

**Q**uod descendit in oram vesti-  
menti eius sicut ros herimō quod

descendit in monte syon. **Q**uoniam il-  
lic mandavit dñs benedictionē et  
vitam usq; in seculū. **G**loria p̄i.

**B**enedicite dñm  
omnes serui dñi. **Q**ui

statis in domo domini in atrius do-  
mus dei n̄i. **I**n noctibus extol-

lite manus vestras in sc̄a et benedi-  
cite dominū. **B**enedicat tibi dñs

ex syon qui fecit celum et terram.

**G**loria p̄i. **S**icut erat. **A**n̄. **D**e re-  
muneris domine delicta n̄ra vel  
parentū nostrorū neq; vindictam  
sinnas de p̄is n̄ris. **P**are domine  
pare populo tuo quē redemisti pre-  
tioso sanguine tuo ne in eternum

**B**enedicaris nobis. *lectania.*

**B**enedicaris nobis. **X**p̄i benedicaris

**B**enedicaris nobis. **X**p̄i benedicaris

**P**ater de celis deus miserere nobis.

**F**ili redemptor mundi deus miserere

**n**obis. **S**piritus sancte deus mi-

scire nobis. **S**ancta trinitas

unus deus miserere nobis 2.:

**S**ancta maria. Ora pro nobis

**S**ancta dei genitrix. **OR.**

**S**ancta uirgo uirginū. **OR.**

**S**ancte michael. **OR.**

**S**ancte gabriel. **OR.**

**S**ancte iaphael. **OR.**

**S**anctes s̄i angeli ⁊ arch̄angeli **OR.**

**S**anctes s̄i beatorū spiritūū **OR.**

**S**anctes s̄i iohānes bap̄t̄ **OR.**

**S**anctes s̄i patriarche ⁊ p̄p̄te **OR.**

**S**ancte petre. **OR.**

**S**ancte paulc. **OR.**

**S**ancte andrea. **OR.**

**S**ancte iohannes. **OR.**

**S**ancte iacobe. **OR.**

**S**ancte thoma. **OR.**

**S**ancte philype. **OR.**

**S**ancte iacobe. **OR.**

**S**ancte bartholomee. **OR.**

**S**ancte matthee. **OR.**

**S**ancte symon. or.  
**S**ancte thadde. or.  
**S**ancte mathia. or.  
**S**ancte barnaba. or.  
**S**ancte luca. or.  
**S**ancte marce. or.  
**O**mnes sancti apli et cl<sup>ti</sup>. or.  
**O**mnes s<sup>ci</sup> discipuli d<sup>ni</sup>. or.  
**O**mnes s<sup>ci</sup> innocentes. or.  
**S**ancte stephane. or.  
**S**ancte linc. or.  
**S**ancte dccc. or.  
**S**ancte demens. or.  
**S**ancte corneli. or.  
**S**ancte laurenti. or.  
**S**ancte vincenti. or.  
**S**ancte fabiane. or.  
**S**ancte sebastiane. or.  
**S**ancte thoma. or.  
**S**ancte georgi. or.  
**S**ancte victor. or.  
**S**ancte xpo<sup>st</sup>for. or.



**S**ancte quintine. or.  
**S**ancte dyonisi. or.  
**S**ancte maurici. or.  
**S**ancte ypolite. or.  
**M**innes sancti martires. or.  
**S**ancte siluester. or.  
**S**ancte leo. or.  
**S**ancte gregor. or.  
**S**ancte ambrosi. or.  
**S**ancte iheronime. or.  
**S**ancte augustine. or.  
**S**ancte martine. or.  
**S**ancte nicolae. or.  
**S**ancte benedict. or.  
**S**ancte bernard. or.  
**S**ancte leonard. or.  
**S**ancte cecilia. or.  
**S**ancte hugo. or.  
**S**ancte anthoni. or.  
**S**ancte egidi. or.  
**S**ancte zwichmic. or.  
**S**ancte edward. or.

**S**ancte aithberte. **OR.**  
**S**ancte edmunde. **OR.**  
**S**ancte oswalde. **OR.**  
**S**ancte domnige. **OR.**  
**S**ancte francisce. **OR.**  
**O**mnes sancti confellores. **OR.**  
**O**mnes sã monachi & benedicti. **OR.**  
**S**ancta maria magdalena. **OR.**  
**S**ancta maria egyptiaca. **OR.**  
**S**ancta anna. **OR.**  
**S**ancta katherina. **OR.**  
**S**ancta barbara. **OR.**  
**S**ancta margareta. **OR.**  
**S**ancta agnes. **OR.**  
**S**ancta agatha. **OR.**  
**S**ancta cecilia. **OR.**  
**S**ancta apollonia. **OR.**  
**S**ancta petronilla. **OR.**  
**S**ancta gertrudis. **OR.**  
**S**ancta elizabeth. **OR.**  
**S**ancta clara. **OR.**  
**S**ancta ursula. **OR.**

**O**mnes sancte uirgines. *lib*

**O**mnes sancti et sancte dei. *lib*

**P**ropicius esto. parce nobis dñe

**P**ropicius esto. exaudi nos dñe.

**L**ibera nos dñe. *lib*

**L**ibera nos dñe. *lib*

**L**ibera nos dñe. *lib*

**L**ibera nos dñe. *lib*

**L**ibera nos dñe. *lib*

**L**ibera nos dñe. *lib*

**L**ibera nos dñe. *lib*

**L**ibera nos dñe. *lib*

**L**ibera nos dñe. *lib*

**P**er scām incarnationē tuā. *lib*

**P**er natiuitatē tuam. *lib*

**P**er circumacionē tuam. *lib*

**P**er baptismū tuum. *lib*

**P**er ieiunū tuum. *lib*

**P**er passionē tuam. *lib*

**P**er crucē et mortē tuam. *lib*

**P**er resurrectionē tuam. *lib*

**P**er ascensionē tuam. *lib*

**P**er gratiam sancti spiritus paradisi. ~ lib  
in ipsa moras sicutare nobis  
domine. **I**n die iudicii. ~ lib.  
**T**ecatores. Te rogamus audi nos  
**E**t pacem nobis dones. ~ Ex  
**E**t pietas in tua nos semper  
custodiat. ~ **U**t  
et omnis gradus ecclesie in sancta re  
ligione conservare digneris. ~ Ex  
**E**t episcopos et abbates nostros  
et omnes congregationes illis commis  
sas in sancta religione conservare dig  
neris. ~ **U**t congregationes  
omniu[m] sanctoru[m] tuoru[m] in tuo sancto serui  
tio conservare digneris. ~ Ex  
**E**t sanctu[m] populu[m] christiani p[ro]p[ri]o  
sanguine tuo redemptu[m] conser  
vare digneris. ~ Ex  
**U**t omnibus benefactorib[us] n[ost]ris  
sempiterna bona retribuas. ~ Ex  
**E**t animas n[ost]ras in parentu[m] nos  
troru[m] ab eterna damnatione eripias. ~ Ex

**U**t fructus terre dare et cōseruare  
digneris. **Et** mentes nostras

ad celestia delicta erigas. **Et**

**U**t omnibus fidelibus defunctis  
requie eternam dones. **Et**

**E**t nos exaudire digneris. **Et**

**F**ili dei. **R**ogamus audi nos.

**I**gnis dei qui tollis p̄ta mundi  
parce nobis dñe. **I**gnis dei qui

tollis p̄ta mundi exaudi nos dñe

**I**gnis dei qui tollis p̄ta mundi  
miserere nobis. **S**piritus xp̄i.

kyriel. **P**ater noster. **E**t reue nos.

**S**tende nobis domine m̄iam  
tuam. **E**t salutare tuū de nobis.

**U**t veniat super nos m̄ia tua do  
mine. **S**alutare tuū et in eloquiū

tuū. **A**ccusamus cū patribus  
nostris. **I**niuste egimus iniquita

tem fecimus. **D**omine nō secun  
dum p̄ta n̄ra facias nobis. **N**eq̄

secundū iniquitates n̄ras retribue

nobis. **O**remus pro omni gradu  
cateche. **S**acerdotes tui indignatur  
iustitiam. Et sancti tui exultent. **P**ro  
fratribus et sororibus nostris. **S**al  
uos fac seruos tuos et ancillas tu  
as. Deus meus sperantes in te.

**P**ro amcto populo xpustiano.

**S**aluum fac populum tuum dñe et  
benedic hereditati tue. Et regere eos et  
extolle illos usq; in eternum.

**M**iat  
pax in uirtute tua. Et habundantia  
in turribus tuis. **A**nime famu  
loru famularuq; tuaru requiescat  
in pace. Amen. Domine exaudi. Et

**O**damor. Oremus. **ORATIO.**

**D**eus cui propriu est miseri  
semper et parcere suscipe deprecatione  
miam ut quos delictor cathena con  
stringit miseratio tue pietatis ab

**O**mnipotens **D**eo. soluat.  
sempiternus deus qui facis  
mirabilia magna solus preterde

super famulos tuos ⁊ super ancillas  
congregationes illis cōmissas sp̄m  
gracie salutans ⁊ ut in veritate tibi  
complaceant et perpetuū eis rore  
tuę benedictionis infunde. **ORATIO.**

**D**eus qui caritatis dona p̄  
grām s̄c̄i sp̄s tuorū cordibꝫ  
fidelium infidelium da famulis ⁊ famu  
labus tuis pro quibus tuā deprecā  
tur demenciā salutē mentis ⁊ corpo  
ris ut te tota virtute diligant et q̄ tibi  
placata sunt tota dilectione perfici  
ant. **ORATIO.**

**D**eus a quo s̄c̄a. vt sup̄.  
Inestimabilem misericordiam **Dio.**  
tuā quīs dñe demēter ostē  
de ut simul nos et a p̄cc̄is oībus ex  
uas ⁊ ap̄nus quas pro his mere

**A**mur cupias. **ORATIO :-**  
Fidelium deus oīm condi  
tor et redemptor animabus oīm  
fidelium defunctorū remissionē amē  
torū tribue p̄cc̄orū ut indulgenciā

quã semper optauerit pijs suppli-  
cationibus consequatur. *Oratio.*

**D**ivinitate tua quã dñe nroꝝ  
solue vincula oĩm delictorum  
et intercedente beata et glori-  
osa semperq; virgine dei genitrice  
maria cū oĩbus sãis tuis nos fa-  
mulos tuos et omne pplm catholi-  
cum in oĩ sanctitate custodi om̃sq;  
consanguinitate ac familiaritate  
vel confessione et oratione nobis  
iunctos in super et oĩs xpianos a  
vicijs oĩbus purga virtutibus il-  
lustra pacē et salutem. nobis tri-  
bue hostes invisibiles et invisibiles  
remoue pestem et famem repelle  
amias et inimias nris caritate  
largire et oĩbus fidelibus vivis  
et defunctis in terra vimentū vitã  
et requiē eternam concede. Per  
xp̃m dominū nostrum Amen.



Inapuit inquit mortuor. Ad vel



peras et placcio.  
Ileri quonia ex  
audiet dominus  
uocem orationis  
mece. **Q**uia idi  
nauit auit sua

nuch et in diebus meis inoabo.

**Q**uia dederunt me dolores mo  
tis et pericula inferni inuenit me.

**T**ribulatione et dolore inueni  
et nome dñi inuocam.

**D**omi  
ne libera anima mea misericors  
dñs et iustus et deus noster mise  
retur.

**C**ustodicens paruulos do  
minus humiliatus su i liberauit  
me.

**C**onuerter aia mea i requi  
em tuam quia dñs benefecit tibi.  
**Q**uia cepit anima mea de  
morte oculos meos a lacrimis pe  
des meos a lapsu.

**P**lacebo dño  
in regione uiuon. **R**equie eter

nam dona eis dñe et lux perpetua  
luceat eis. **Añ** placebo domino in  
regione uiuorum. **Añ** ben me. **Ps.**

**Q**uod domini ai tubulari. **vt s.**

**Añ** ben me quia incolatus meus  
prolongatus est. **Añ** Dñs. **Ps.**

**Q**uam caros meos. **vt s.** **Añ.**

Domini custodit te ab oī malo  
custodiat animā tuā dñs. **Añ** Si  
iniquitates. **Ps.**

**Q**uod profundis  
clamam. **vt s.** **Añ** Si iniquitates ob  
seruaueris domine dñe quis susti

**Q**uod nebit. **Añ** Opera. **Ps.**

**Q**uod confitebor tibi domine in  
toto corde meo quā audisti oīa ver  
ba oris mei. **Q**uod in conspectu ange  
lorū psallam tibi adorabo ad tem  
plum sanctū tuū i confitebor nōi  
tuo. **Q**uod super mīa tua et ueritate  
tuā quā magnificasti sup omne  
nomē sanctum tuū. **Q**uod in qua ai  
q; die inuocauero te exaudi me

multiplicabis in anima mea vir-  
tutem. **C**onfiteantur tibi dñe  
om̄s reges terre quia audierunt  
omnia uerba dñs tui. **E**t can-  
tent in uis domini qm̄ magna ē  
gloria dñi. **Q**m̄ excelsus dñs  
et humiliā respiciat: alta a longe  
cognoscat. **S**i ambulauero in in-  
dicio tribulationis unificabis me  
et super manū inimicorū meorū extē-  
disti manū tuā et saluū me fecisti  
dextera tuā. **C**ommunis retribuet  
pro me dñe misericordia tua in scdm̄ opera  
manū tuā nē despicias. **Q**uē  
quē eterna. **Añ.** Opera manū mi-  
sericordiā dñi nē despicias. **V.** Apo-  
ta miser. Erue domine aīas corū me-  
**Añ.** Audiu. **Ps.** **M**agnificat a-  
nima mea. **Ps.** **Añ.** Audiu uocē  
de celo dicentē michi scribe bñi mor-  
tui qui in dño moriuntur. **Kyriel.**  
**kyriel.** pater n̄r. **Et uenēs. ps.**

**L**auda anima mea dominū  
laudabo dñm in uita mea  
psallam deo meo quā dñi fuero.

**N**olite confidere in principibz  
in filiis hoīm in quibus non est  
salus. **E**xibit sps eius et reuertetur  
in terrā suā in illa die peribit  
oīs cogitationes eorū.

**B**eatus  
animus deus iacob adiutor eius sps  
eius in dño deo ipsius qui fecit celū  
et terram mare et oīa que in eis sunt

**D**ñs custodit ueritatē in seculū fa-  
cit iudiciū inimicā paucitibz dat  
escaam esurientibus. **D**ominus  
soluit cōpeditos dñs illuminat cecos.

**D**ominus erigit chilos dñs dili-  
git iustos. **D**ominus custodit  
aduenas pupillū et uiduā susci-  
piet et uias p̄torū disperdet.

**R**eg-  
nabit dñs in secula deus tuus syō  
in generatione et generationem.

**R**equiem. **V.** Porta inferi. **E**ruc

domine aīas cor. Credo uidere bo  
na dñi. In terra uiuentiū. Dñe ex  
audi orationē meam. Et clamor  
meus ad te ueniat. Orennis. **Oratio.**

**D**eus cui propriū est miseri  
semper et pariter te suppli  
ces deprecamur pro aīa famuli  
tui. Quā de hoc seculo migrare  
iussisti. ut non tradas eā in ma  
nus inimici nec obliuiscaris in  
fine sed iubeas eam ab angelis  
sais suscipi atq; regionē uiuonū  
perduca et quia in te sperant. et ce  
didit scōz tuoz mereamur soci

**D**etate letari. **Oratio:**  
Deus indulgentiarū do  
mine da aīe famuli tui cuius  
anniuersariū depositionis diē  
comemoramus refrigerij sedē  
quietis beatitudinē huminis

**D**claritatem. **Oratio:**  
Deus uenie largitor ihu

mane salutis auctor quis demen-  
tiam tuam ut max congregacionum  
fratres et sorores qui ex hoc seculo  
transierunt intercedente beata ma-  
ria semper uirgine et bto michael  
archangelo cum oibus sanctis tuis  
ad perpetue beatitudinis consortiu  
peruenire concedas. **oro.** **Et** deli-  
um deus oim conditor. **ut.** **In pu-**

**U**mo nocturno **Antiphona.** Dirige.  
Verba mea auribus percipe  
domine intellige clamorem meum.

**I**ntende uocem orationis mee rex  
meus et deus meus. **Qui** ad te ora-  
bo domine mane exaudies noctem  
meam. **Quia** ancillabo tibi et in celo  
qui non deus uolens iniquitatem  
tu es. **Neque** habitabit iuxta te  
malignus neque permancbunt in-  
iusti ante oculos tuos. **O**disti oes  
qui operantur iniquitate perdes  
omnes qui loquuntur mendacium.

**E**nim sanguini et dolosi ab  
dominabitur dñs ego autē in mul  
titudine misericordie tue. **I**ntro  
ibo in domū tua adorabo ad tem  
plum sanctū tuū in timore tuo.

**D**omine deduc me in iustias tu  
as propter inimicos meos dirige in  
conspicū tuo viā meā.

**Q**uī nō  
est in ore eorū veritas cor eorū vanū  
est. **E**pulcheri patens est gut  
tur eorū linguas suas dolose age  
bant iudica illos deus.

**D**ecidant  
a cogitationibus suis secundum  
multitudinē impietati eorū expel  
le eos qui irritaverunt te domine.

**E**t letentur omēs qui sperant in  
te in eternū exultabunt et habitabis  
in eis.

**E**t gloriabitur in te omēs  
qui diligunt nomen tuū qui tibi be  
nedices in isto. **D**omine ut scito  
bone voluntatis tue coronasti nos.

**R**equiem. **Añ** Dirige domine dñs

meus in conspectu tuo viam meam.

**Ani** Convertere. **ps.** **D**omine ne  
in furore tuo vers. **Ani** Convertere dñe  
et eripe animā meā qm̄ non est ī  
morte qui memor sit tui. **Auf.**

**Q**uando. **psalmus.**  
**D**omine deus meus in te  
speraui saluū me fac ex oībus  
persequentibus me et libera me.

**Q**uando rapiat ut leo animā  
meam dū nō est qui redimat neq;  
qui saluū faciat. **D**omine deus  
meus si feci istud si est iniquitas  
in manibus meis. **S**i reddidi re  
tribuentibus michi mala decedā  
merito ab inimicis meis inanis.

**E**xsequatur inimicus animā  
meā comprehendat et conculet in  
terra vitam meā et gloriā meam  
in puluere deducat. **E**xurge dñe  
in ira tua et exaltare in fimbriis in  
imicorū meorū. **E**t exurge dñe dñs

5069



meus in precepto quod mandasti  
et synagoga populoz cruciabit te.

**E**t propter hanc in altu regre-  
dere dñs iudicat populos. **E**t iudi-  
ca me domine secundu iusticia meâ  
et secundu innocenciâ meâ super me.

**C**onsumetur nequicia peccator et  
diriges iustu scrutans corda et renes  
deus. **E**t iustu adiutoriu meu a  
domino qui salutes facit rectos corde

**D**eus iudex iustus fortis et paci-  
ens iniquid nascitur per singulos  
dies. **I**psi conuersi fueritis gla-  
dium hui iuibant arai suum te

tendit et parauit illu. **E**t in co-  
parauit uasa mortis sagittas  
suas ardentibus effecit. **E**t ce-  
parauit in iusticia concepit dolo-

rem et peperit iniquitate. **R**a-  
cum aperuit et effodit eu et madit  
in foueam qua fecit. **C**onsumete-  
tur dolor eius in caput eius et in

veritatem ipsius iniquitas eius des-  
cendit. **C**onfitebor dño secundū  
iusticiā eius et psallam nōi dñi al-  
tissimi. **R**equiem. **Aii** Nequando  
rapiat ut leo animā meā dñm nō  
est qui redimat neq; qui saluū fa-  
ciat. **V.** A porta inferi. Erue domine  
animas eor. Pater noster. Et ne nos.

**D**omine michi leo prima.  
Domine nichil enī sūt dies  
mei. Quid est homo quia magni-  
ficas eū aut quid apponis erga eū  
cor tui. Visitās eū diluculo et subito  
probas illum. usq; quo non parās  
michi nec dimittis me ut gloriā  
saluā meā. peccavi. Quid faciam  
tibi oculos hōm quare posuisti me  
contrariū tibi. Et factus sū michi  
metipso grauis. cur non tollis pec-  
catum meū et quare non auferis ini-  
quitatē meā. Ecce nunc in puluere  
domino et si mane me quesieris nō

substantiam. **R** Credo quod inceptor  
mens vivit et in novissimo die de  
terra surrecturus sum. Et in carne  
mea videbo deum salvatorem meum. **V.**  
Quem visum huius ego ipse et non a  
lius et oculi mei conspexerunt sunt. Et

**A** in carne mea. **leo secunda.**  
Edet anima mea vitæ mee  
dimittat aduersum me eloquium meum  
loquar in amaritudine anime mee.  
Dicam deo noli me contempnare.  
iudica michi iuxta merita iudices. **N**  
quid bonum tibi videtur si calumpnie  
ris et opprimas me opus manuum  
tuarum et consilium impiorum adiuves  
**N**unquid oculi carni tibi sunt aut  
sicut videt homo et tu videbis. **N**  
quid sicut dies hominis dies tui  
et anni tui sicut humana sunt te  
pora. **V**t queras iniquitatem meam et  
peccatum meum scrutaris. **E**t scias  
quia nichil iniquum fecerim tui sit

nemo qui de manu tua possit eruire.  
**R.** Qui lazari resuscitasti a mo-  
numento fecidum. Tu eis dñe do-  
na requie et loci indulgentie. **V.**  
Qui venturus es iudicare viuos i  
mortuos et seculi per igne. Tu eis.  
**D** Annus tue dñe **leo tertia.**  
fecerunt me et plasmaue-  
runt me totū in caratu i sic repente  
precipitas me. Memento queso qd  
sicut lutū feceris me: et in pulvere  
reduces me. Nonne sicut lac nullif-  
ti me: i sicut caseū me coagulasti.  
Pelle et caribus uestisti me: ossibz  
et nervis cōpegisti me. Vitā i mise-  
ricordiā tribuisti michi: et visitaao  
tua custodiunt spm meū. **R.** Domi-  
ne quando veneris iudicare terrā  
ubi me abscondā a vultu ire tue.  
Quia peccavi nimis in vita mea.  
**V.** Comissa mea dñe paulesco i ante  
te erubescō dñi veneris iudicare no-

li me condemnare. Quia peccavi.

*In secundo nocturno. An. In loco pascae*

**D**ominus regit me nichil michi deerit in loco pascae ibi me collocavit. **S**uper aquam refectionis educavit me aiam meam committit. **E**duxit me super semitas iusticie propter nomen suum.

**T**am et si ambulavero in medio umbrę mortis non timebo mala quoniam tu mecum es. **A**rga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.

**P**arasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. **I**mpinguasti in oleo caput meum et calix meus inebrians quoniam preclarus est. **A**t misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite mee. **S**tut in habitaculo in domo domini in longitudine dierum.

*Requiem. An. In loco pascae*  
ibi me collocavit. *An. Delicta. Ps.*

**F**ide domine lenam animam  
meam deus meus in te confi  
do non erubescam. **N**ec irudeant  
memoria mei etiam universi qui  
sustinent te non confundent. **N**on  
fundantur omnes iniqua agentes  
super vacuam. **V**ias tuas domine de  
monstra michi et semitas tuas  
edoce me. **I**urge me in veritate  
tua et doce me quia tu es deus sal  
uator meus et te sustinui tota die.  
**R**ememiscere miserationum tua  
rum domine et misericordiarum tuarum que a  
seculo sunt. **R**elicta iniquitates  
meas et ignorantias meas ne me  
numeras. **S**ecundum misericordiam tuam  
memento mei tu propter bonita  
tem tuam domine. **S**ilas et rectus  
dominus propter hoc legem dabit deli  
quentibus in misericordia. **I**urget ma  
suetos in iudicio docebit in ius  
as suas. **I**n universis vicis domini

miser cordia et veritas requiritibus  
testamenti eius et testimonia eius

**P**ropter nomen tuum domine propi  
tialeris peccato meo multum est enim

**M**ultus est homo qui timet domini  
legem statuit ei in via quam elegit.

**A**nima eius in bonis demora  
bitur et semen eius hereditabit ter  
ram.

**I**nfirmamentum est dominus ti  
menabus eum et testamentum

**I**psi ut manifestetur illis  
**O**culi mei semper ad dominum  
qui ipse euellit de laqueo pedes

**R**espice in me et miserere  
mei quia vinctus et pauper sum ego

**T**urbationes cordis mei mul  
tiplicatae sunt de necessitatibus me  
is erue me.

**H**ide humilitatem  
meam et laborem meum et dimitte v  
niuersa delicta mea.

**R**espice in  
micos meos qui multiplicati sunt  
et odio iniquo oderunt me.

**S**ul  
54

todi an. in a. mica et cruci me no cru  
belcam qui speram in te. **I**n noc  
tes et recti adhaerunt michi quia  
sustinui te. **L**ibera deus israel ex  
oibus tribulationib: suis. **R**equie  
**An.** Delicta iuuentutis mee et ignora  
tias meas ne memineris domine.

**D****An.** Credo videre. **Ps.**  
Dominus illuminatio me  
a et salus mea quies timor. **D**ns  
protector uite mee a quo trepidabo.

**Q**uam appropiant super me noc  
tes ut edant carnes meas. **Q**ui tri  
bulant me munera mei ipsi in fir  
mati sunt et ceciderunt. **S**i confil  
tant aduersu me castra non time  
bit cor meum. **S**i exurgat aduersu  
me preliu in hoc ego sperabo. **Q**uia  
peccay a domino hanc requiram ut  
inhabit in domo dñi oibus dieb:  
uite mee. **U**t iudicet voluntatem  
domini et utilitem templu eius.



**Q**uoniam abscondit me in tabernacu-  
lo suo in die malorum protegit me in  
abscondito tabernaculi sui. **Q**uoniam  
petra exaltauit me et nunc exalta-  
uit caput meum super inimicos meos.

**Q**uia uiui et uiolam in taberna-  
culo eius hostiam satisfactionis ca-  
tabo et psalmum dicam domino. **E**x-  
audi domine uocem meam qua clamaui  
ad te miserere mihi et exaudi me.

**C**ubi dixit cor meum exquisiuit te  
facies uera facie tua domine requira.

**N**e auertas faciem tuam a me  
ne declines in ira a sermo tuo.

**A**d iutor meus esto domine ne deride-  
linquas me neque despicias me deus  
salutaris meus.

**Q**uoniam pater me-  
us et mater mea dereliquerunt  
me deus autem assumpsit me. **R**e-  
gem pone michi domine in misericordia tua et  
dirige me in semita recta propter  
inimicos meos. **N**e tradideris

me in animas tribulauit me qui  
in surrexerunt in me testes iniqui  
et mentata est iniquitas sibi. **C**re  
do uidere bona dñi in terra uiuentiu.

**E**xpecta domini uiliter age co  
fortentur cor tuu et sustine domini.

**R**equiem. **Añi** Credo uidere bona  
domini in terra uiuentiu. **V.** In me  
moria eterna erit iustus. Ab audia  
one mala non timebit. Pater n̄r.

**R** **Et** ne nos. **l̄o quarta.**  
Esponde michi quantas  
habeo iniquitates et peccata scelerata  
mea atq; delicta ostende michi cur  
faciem tuam abscondis et arbitraris  
me inimicum tuum. Contra folium qd  
vento rapitur ostendis potentiam  
tuam et stipulam siccam persequeris.  
Sarcinis enim contra me amantidi  
nes et consumerunt me vis patris a  
dolescentie mee. posuisti in nemore  
pedem meum et obseruasti omnes semina

tas meas et vestigia pedum meorum  
considerasti. Qui quasi putredo  
consumendus sum et quasi vestimentum  
quod comeditur a tinea. **R.**heu  
michi domine quia peccavi nimis in  
vita mea quid faciam miser ubi fu  
gram nisi ad te deus meus miserere  
mei. Domine venens in nomine tuo die.

**V.** Anima mea turbata est valde  
sed tu domine succurre ei. **Psalm. 102. V.**

**H**omo natus de muliere bre  
vis vivens tempore replet  
multas miseras. Qui quasi flos  
egreditur et conteritur et fugit re  
lud vmbra et nunquam in eodem statu  
permanet. Et digni duas super  
humeris armodi aperire oculos tuos  
et adducere eum tecum in iudicium. Quis  
potest facere mundum de in mundo  
conceptum semine. nomen tuum qui so  
lus es. Breves dies hominis sunt mi  
seris mensuram eius apud te est.

Constansli terminos eius qui pre-  
teriti non poterunt. Recede ergo  
pantulu ab eo ut quiescat donec  
optata veniat et sicut mercenarij  
dies eius. **R.** Ne recorderis peccata  
mea domine. **Dñi** veneris iudicare  
seculu per igne. **V.** Dirige dñe deus  
meus in conspectu tuo via iustam.

**Q**uia veneris. **lectio sexta.**  
Dñs michi hoc tribuat ut  
in inferno protegas me et abscon-  
das me donec pertranseat furor tu-  
us. Et constancias michi tempus  
in quo recorderis mei putas ne  
mortuus homo rursum vivat ante  
tis diebus quibus nunc vivo.  
Expecto donec veniat immutatio  
mea verabis me et ego respondebo  
tibi. Operi manuu tuaru porriges  
dexteram tu quide gressus meos  
diminuerasti sed parte patris meus  
**R.** Domine secundu actu mecum

noli me iudicare nichil dignum in  
conspectu tuo egi. Ideo de precor ma  
iestatem tuam ut tu deus deleas ini  
quitate meam. **V.** Amplius lava me  
dñe ab in iusticia mea et a delicto  
meo munda me quia tibi soli pec  
caui. Ideo de p. **In tertio nocturno.**

**S.** **An.** Complaciat. **Ps.**  
Expectans expectavi dñm  
et intendit michi. **E**t exaudiuit  
preces meas et eduxit me de lacu mi  
serie et delicto fecas. **E**t statuit  
supra petram pedes meos et direxit  
gressus meos. **E**t in iusit in os  
meum cantum novum carmen deo  
nostro. **E**t videbunt multa et time  
bunt et sperabunt in dño. **B**eatus  
vir cuius est nomen dñi spes  
eius et non respexit in vanitates  
et in sanias falsas. **Ps.** Multa fe  
cisti tu domine deus meus mira  
bilis tua et cogitationibus tuis

non est quis similis tibi. **A**n  
nunciam et locutus su[m] multipli  
cati sunt super numeru[m]. **S**acri  
ficiu[m] et oblatione[m] voluisti aures  
ante[m] perfecisti michi. **H**olocaus  
tum et pro pro non postulasti tunc  
dixi ecce venio. **I**n capite libri  
scriptu[m] est de me ut facerem volun  
tatem tua[m] deus meus volui i lege[m]  
tuam in medio cordis mei. **A**n  
nunciam iusticia[m] tua[m] in ecclesia  
magna[m] ecclesia[m] mea[m] no[n] prohi  
bebo domine tu scisti. **I**usticia[m]  
tuam non abscondi in corde meo  
veritatem tua[m] et salutarem tuam  
dixi. **N**on abscondi misericordiam tua[m]  
et veritatem tua[m] a consilio multo.  
**N**on autem domine ne longe faci  
as miserationes tuas a me misericordia  
et veritas tua semper susceperunt  
me. **Q**uia carum dederunt me ma  
la quorum non est numerus compic

henderunt me iniquitates mee et  
non potui ne uiderem. **M**ultipli-  
cati sunt super capillos capitis mei  
et cor meum dereliquit me. **C**om-  
placat tibi domine ut eruas me  
domine ad adiuvandum me respice.  
**C**onfundantur et reuerantur  
simul qui querunt animam meam  
ut auferant eam. **C**onuertatur  
retrosum et reuerantur qui uolunt  
michi mala. **S**cient confestim  
confusionem suam qui dicunt michi  
euge euge. **E**xultent et letentur  
super te omnes querentes te et dicant  
semper magnificetur dominus  
qui diligenter salutar tuum. **E**go  
autem mendicatus sum et pauper  
dominus sollicitus est mei. **A**d-  
iutor meus et protector meus es tu  
deus meus ne tardaueris. **R**equi-  
em eternam. **Añ.** Complacat tibi  
domine ut eruas me dñe ad adiu-

mandū me respice. *Ani Sana dñe p̄s.*

**B**eatus qui intelligit super  
regem i pauperem in die  
mala liberabit eū dñs. **D**ominus  
conseruet eū et vniuet eū i beati  
faciet eū in terra et non tradat eū  
in animā inimicorū eius. **D**ñs  
opem ferat illi super lectū doloris  
eius vniuersū stratū eius x̄sal  
ti in infirmitate eius. **E**go dixi  
dñe miserere mei sana animā meā  
quia peccavi tibi. **I**nimici mei  
dixerunt mala michi quādo mo  
rietur et peribit nomē eius. **E**t  
si ingrediebatur ut videret vana  
loquebatur cor eius cogitauit  
iniquitatē sibi. **E**grediebatur  
foras et loquebatur in idipsum  
**A**duersum me susurrabāt oēs  
inimici mei aduersū me cogitabāt  
mala michi. **V**erbuū iniquū cō  
stituerunt aduersū me nūquid



qui dormit non adiacet ut resur-  
gat. **Item** homo pias mee in  
quo speravi qui edebat panes me-  
os magnificavit super me supplā-  
tationem. **Qu** autē dñe miserere  
mei et refulcita me i retribua eis.

**Ps** In hoc cognovi qm voluisti me  
qm non gaudebit inimicus meus  
super me. **De** autē propt̄ innocē-  
tiam suscepisti me i confirmasti  
me in cōspectu tuo in cōtinu. **Ecce**  
dictus dñs deus israel a seculo et  
in seculū fiat fiat. **Requiem** et.

**Aii** Sana domine anima meam  
quia peccavi tibi. **Aii** Sit tunc **ps**.

**Q**uomādmōdū desiderat  
cervus ad fontes aquarū  
ita desiderat anima mea ad te dñs

**S**icut aīa mea ad deū fontē  
vivū quando veniā et apparebo  
ante faciē dei. **S**uerunt michi  
lacrimę mee panes die ac nocte

domini dicitur michi con die ubi est  
deus tuus. **R**ecordatus sum et  
effudi in me animam meam quoniam transi-  
vit in locum tabernaculi admirabi-  
lis usque ad domum dei. **I**n voce ex-  
ultationis et confessionis sonus  
epulantis. **Q**uare tristis es anima  
mea et quare conturbas me. **S**pe-  
ra in deo quoniam ad hunc confitebor illi  
salutare vultus mei et deus meus.  
**A**d me ipsam anima mea conturba-  
ta est propterea memor ero tui de-  
terra iordanis et hermonii a mo-  
te modico. **A**bissus abissum i-  
nocat in voce cithararum tuarum.  
**O**mnia excelsa tua et fluctus  
tui super me transierunt. **I**n die  
mandavit dominus misericordiam suam et nocte  
canticum eius. **A**pnud me oratio  
deo nunc nunc dicam deo susceptor  
meus es. **Q**uare oblitus es mei  
et quare conturbatus in corde domini

affligit me murcus. **Q**uoniam  
franguntur ossa mea exprobra-  
runt michi qui tribulant me mi-  
nima mei. **Q**uoniam dicit michi per  
singulos dies ubi est deus tuus  
quare tristis es anima mea et quare  
conturbas me. **S**pera in deo qui  
adhuc confitebor illi salutare vul-  
tus mei et deus meus. **Requie.**

**An** Situit anima mea ad deum fon-  
tem vivum quando venia et appare-  
bo ante faciem dñi. **v.** Ne tradas  
bestis animas confitentium tibi.  
Et aias pauperum tuorum obliviscaris  
in fine. **Pater noster. Et nemos. lco. vii.**

**S**piritus meus attenuabi-  
tur dies mei breviabuntur  
et solum michi super est sepulchrum.  
Non peccavi et in amaritudinibus  
moratur oculus meus. libera me  
domine et pone me iuxta te et manus  
vis mannis pugnet contra me dies

mei transierunt cogitationes mee  
disipate sunt torquentes cor meum.  
Notem verterunt in die et rursum  
post tenebras spero lucem. Si sustinu-  
ero infernus domus mea est et in  
tenebris stravi lectuli mei. Pu-  
tredini dixi. Pater meus es mater  
mea et soror mea veribus. ubi est  
ergo nunc prestolatio mea vel pa-  
ciencia mea tu es dñe deus meus  
**R.** Peccante me cotidie et non me  
penitente timor mortis conturbat  
me. Quia in inferno nulla est redemp-  
tio miserere mei deus et salua me.  
**V.** Deus in nocturno saluum me fac  
et in virtute tua libera me. Quia.

**D**elli mee con **leo octava.**  
sumptis caribus adhesit  
os meum et delicta sunt tantummodo  
labia circa dentes meos. miserere  
mihi mei miseremini mei salte-  
ros amici mei quia manus dñi

tetigit me. Quare persequimini  
me sicut dicitur a carnibus sineis sa-  
turamini. Quis michi tribuat ut  
sciantur sermones mei. Quis  
michi det ut creantur in libro stilo  
ferreo uel plumbilamina uel cetera  
scilpantur in calice. Sed enim quod  
redemptor meus unuit in nonnullis  
die de terra surrecturus su. Et tunc  
aram dabo pelle mea et in cantu  
mea uidebo deum saluatore meum.

**R.** Requie eterna dona eis dñe. Et  
lux perpetua luceat eis. **V.** Qui la-  
zarum resuscitasti a monumento  
fradum tu eis dñe dona requie et locu  
m dulcencie. Et lux. **tonona.**

**Q**uare de vulua conuisti me  
qui utina conuistiis esse  
ne oculis me uideret. fuisse quasi

non essem de utero translatus ad  
tuum mihi. Numquid non paucitas  
dierum in cor funetur breui. dimitte  
ergo me domine ut planga paulu  
olum dolorem meum antequam uada.  
Et non reuertar ad terram tenebrosam  
et operam mortis caligine terra  
caute misere i tenebrarum. Vbi um  
bra mortis et nullus ordo sed sem  
piternus horror inhabitat. **R.** Li  
bra me domine de morte eterna i  
die illa tremenda. Quando celi  
mouendi sunt de terra. Dum ve  
neris iudicare seculum per ignem.  
**V.** Dies illa dies ue calamitatis i  
misere dies magna et amara  
valde. Quando celi. **V.** Quid ergo  
miserimus quid dicam uel quid  
faciam dum nil boni preferam ante  
tantum iudicem. Dum ueneris.  
**V.** Creator omni rerum deus qui  
me de limbo terre formasti et mira

biliter sanguine proprio redemisti  
corpusque meum licet modo putrescat  
de sepulchro facias in die  
iudicij resuscitari exaudi exaudi  
ut anima mea in sinu abrahe  
patriarche tui iubeas collocari.

*libera me ic. v. Requie eternam*

*In laudibus An. Exultabunt ps.*

**M**iserere mei deus. ut supra.

*An. Exultabunt domino ossa  
humiliata. An. Exaudi. ps.*

**Q**uod dicit ymnus deus in  
sion et tibi redetur votum  
in iherusaleni. **Exaudi oratio**

nem meam ad te omnis caro veniet

**Q**uia verba nunquam prevaluerunt super  
nos et impietatibus nostris tu pro-

picaberis. **B**eatissimus quem elegisti

et assumpsisti habitabit in atriis

tuis. **R**eplebimur in bonis do-

minis tue sancti est templum tuum  
mirabile iniquitate. **Exaudi**

nos deus salutaris noster spes omni  
finium terre et in mari longe. **E**re  
parans montes in uirtute tua accit  
tus potentia qui conturbas profu  
dum maris sonum fluctuum eius.

**T**urbabuntur gentes et timebunt  
qui habitant terminos a signis  
fuis exitus matutini et uespere de  
lectabis. **E**stificasti terram et inebri  
asti eam multiplicasti locupletare  
eam. **L**umen dei repletionem est a  
quis parasti abunam illorum quoniam ita  
est preparatio eius. **S**inos eius  
inebrians multiplica gemmina  
eius in siluadibus eius letabitur  
germinans. **B**enedices corone  
anni benignitatis tue et capi tui  
replebuntur ueritate. **I**nguel  
cent speciosa deserti et exultatione  
colles accingentur. **I**nduta sunt  
auretes omnium et valles habunda  
bunt frumento clamabunt et in



ymniū dicent. **Requiem. An** Ex  
audi dñe orationē meam ad te  
ois caro veniet. **An** me suscepit. **ps.**

**Q**uis deus meus ad te. **ps.**

**Q**uis misertatur. **ps.** **An** me sul  
cepit dextera tua dñe. **An** Aperta. **ps.**

**E**go dixi in dimidio diei  
mcoꝝ vada ad portas inferi

**Q**uelum residuum annoni meoꝝ  
dixi non videbo dominū deū in ter

ra viuencū. **N**on aspiciā locū  
ultra et habitatoꝝ quietis. **C**e

neratio mea ablata est et conolu  
ta est ame quali tabernaculum

paltorū. **S**arcina est velut a tex  
ente vita mea dū adhuc ordines

succidit me de mane usq; ad vesp  
eram fines me. **S**perabam usq;

ad mane quali leo sic contumit  
oia ossa mea. **E**de mane usq; ad

vesperam fines me sicut pullus  
hyrindius sic clamabo medita

lorut columba **A**temnati sunt  
oculi mei suspicientes in excelso :

**D**omine vni pacior responde pro  
me quid dica tibi aut quid respon  
debit michi cu ipse fecerim **R**

**C**ogita  
bo tibi omnes amicos meos in ama  
ritudine anime mee **D**omine si sic  
viventur et in talibus vita sps mei  
compires me i viuificabis me ecce  
in pace amaritudo mea amarissima

**Q**uante exultati animam meam ut  
non periret proiecisti post tergum  
tuum oia pccata mea **Q**uia non i  
fernis confitebitur tibi neq; mors  
laudabit te non expectabunt qui  
descendit in lacum veritatem tuam.

**V**uens viuens ipse confitebitur  
tibi sicut et ego hodie pater filijs  
notam faciet veritatem tuam **Q**uia  
saluum me fac et psalmos meos can  
tabimus amicus diebus vite nre  
in domo domini **R**equiem **An.**

A porta inferi erue dñe aīas corū.

**An** Dominus. **Ps.** **E**vadate dñm

de celis. **Ps.** **C**antate dño. **Ps.**

**E**vadate dñm in sc̄is. vt supra.

**An** Dominus sp̄s laudet dominum.

**V.** Requie eterna dona eis dñe. Et

lux perpetua luceat eis. **An** Ego sū.

**Ps.** **B**enedictus dñs d̄s isrl̄ v̄s.

**An** Ego sum resurrectio et vita q̄

credit in me etiam si mortuus fue

rit vivet i oīs qui vivit et credit i

me non morietur in eternū. **Kyrie**

**xpl̄ kyrie.** **Pater n̄r** **Et** **tenos** **Ps.**

**E**xaltabo te domine qui

susccepisti me nec delectal

ti inimicos meos super me. **Q**ue

deus meus clamavi ad te i sanasti

me. **D**omine eduxisti ab inferno

anima meā saluasti me a descende

tibus in lacu. **P**salite dño sc̄i

eius i confitemini memorie sanc

titatis eius. **S**ū ira in indign

8. 7. 11

1163

natione eius et iuxta in voluntate  
eius. **A**d vespere demorabitur  
fletus et ad matutinum leticia.

**E**go autem dixi in habundantia  
mea non movebor in eternum.

**D**omine in voluntate tua presta-  
tisti decori meo virtute. **A**uer-  
tisti faciem tuam a me et factus sum  
conturbatus. **A**d te domine da  
malum et ad deum meum deprecabor.

**Q**ue utilitas in sanguine meo  
domini descendit in corruptionem.

**Q**uoniam quid confitebitur tibi  
pulsis aut annuntiabit verita-  
tem tuam. **A**udiuit dominus et mi-  
seratus est mei dominus factus est adiu-  
tor meus. **C**onvertisti plangentium  
meum in gaudium michi concessisti  
sacrum meum et exultasti in leti-  
cia. **E**t cantet tibi gloria mea  
et non compungar donec dominus meus  
in eternum confitebitur tibi. **R**e

quem eterna. **V.** Aperta inferi. Erue  
domine animas eorum. **V.** Credo videre bo  
na domini. In terra viventium. Dne ex  
audi. Et clamor. Oremus. **ORATIO.**

**D**eus cui proprium. **UTS. ORATIO.**

**O**mnipotens et misericors  
deus vinca salus morta  
lum te supplices exoramus pro  
animabus famulorum famularum  
que tuarum parentum et benefactorum  
nostrorum ut intercedente beata dei  
genitrice maria cum omnibus sanctis  
tuis precibus largiri digneris indul  
gentiam et in novissimo die beate  
resurrectionis leticiam. **ORATIO.**

**I**ndigna domine anime tua  
ad preces nostras quibus mi  
sericordiam tuam supplices deprecamur.  
ut animas famulorum famularumque  
tuarum quas de hoc se  
culo migrare iussisti in pacis ac  
lucis regione constituas et sanctorum

tuorum iubeas esse consortes. **ORATIO**

**R**eminiscentibus quibus domine  
famulorum famularumque  
tuarum oratio proficiat supplicium  
cum ut eas a peccatis omnibus  
exuas et tuere redemptionis facias  
esse participes. Qui cum deo pater et  
spiritu sancto unus et regnas deus.  
per omnia secula seculorum Amen.

Handwritten marginal notes in red and black ink, including a large initial 'A' and some illegible text.

**R**equiescant in pace Amen. p  
[The following text is extremely faint and largely illegible, appearing to be a continuation of the prayer or a rubric. It contains several lines of text, some of which are highlighted in red ink.]

Incipiunt commendationes aiazu.



Beati immaculati  
in via qui ambu-  
lant in lege dñi.

**B**eati qui lau-  
tantur testimoni-  
a eius in toto cor-

de exquirunt eum. **N**on enim qui  
operantur iniquitate in vis eius  
ambulauerunt. **Q**ui mandasti  
mandata tua custodiri nimis.

**C**erta dirigantur vie mee ad  
custodiendas iustificationes tuas.

**N**unc non confundar cum pro-  
suxero in omnibus mandatis tuis.

**C**onfitebor tibi in directione co-  
dis in eo quod didici iudicia iusti-  
cie tue.

**I**ustificationes tuas au-  
todia non me delinquas usquequaque.

**I**n quo corrigat ad. **Ps.**  
rescendat viam suam i cul-  
tediando sermones tuos. **I**n to

to corde meo exquisivi te ne repellas  
me a mandatis tuis. **Q**ui corde  
meo abscondi eloquia tua ut no  
